

charactere scriptorum N. T. desiderari?
 Ego quidem lubens fateor, bonum
 scripturae sacrae interpretem sine ad-
 curata harum rerum notitia formari
 vix posse. At enim vero praecipua
 huius dissertationis momenta vel iam
 in obseruationibus, licet suspenso cala-
 mo, tacta sunt, vel propter ipsam
 libri *Ernestiani* rationem exponi non
 poterant. Non enim hoc mihi iuris
 datum erat, vt stilo et falce in librum
 optimae frugis plenum grassarer, sed
 vt illum, quoad eius fieri poterat,
 nostris temporibus adcommo-
 da-rem, quae firma sibi interpretandi praecepta
 deposcunt, tum ad compe-
 scendam multorum in explicanda S. S. licentiam,
 tum ad coercendam aliorum inconstan-
 tiam, qui pro sua literarum humanio-
 rum inscientia, omnia vaticiniis com-
 plent, ex plurimis locis dogmata
 seuera